

Tertull.
Tactit.

nunciare que ventura sunt in futurum, & sciemus, quia *Dij estis*. Priora & futura scita sunt argumenti materia, & iure: equidem ut inquit Tertullian. in *Apolog.* cap. 20. *Idoneum testimonium divinitatis, veritas divinationis*. Dicunt vel idololatrarum Tacitus in *Agricol.* cap. 30. *Omne (ait) ignotum pro magnifico est*. Quare cum ab eventu constat, quid annunciatum vere, vel fide; dicit Dominus ex prioribus & posterioribus collationem, seu apodofum faciendam, ut ex apodofi apodixis seu evidentiâ conset. Hoc est, *Ponemus cor nostrum* (nimirum, librabimus) & *sciemus novissima eorum*: exitus, videlicet. Si ita, ut predicta fuerunt, erunt Numina: sin autem, quid adoratis rationalia iumenta? Cognoscere naturalis cursus effectus in suis causis, & predicere, non est vaticinium Numinum; dum sic etiam divinat prudentia futuris hominum. *Unam tempus est* (subdit Tertullian.) *divinationi futura presentia apud homines, si forte distinguitur, dum expungitur* (Pamel. Completur) *dum ex futuro presentia, debinc ex presenti prateritum deputatur*. Vaticinium Numinis non solum extenditur ad futura, sed ad contingentia, pendencia à voluntate libera: In utroque genere *Dij* Gentium demonia; quippe non ex presentia, quam nequeunt habere, sed ex coniecturis vaticinantur & oblique; ne ab hominibus demones cognoscantur in divinatione falli, & consequenter fallere. Ex prioribus que ab illis fuerunt vaticinata, liquent falsa que pronunciant ut futura: etenim priora que predixerunt, non veniunt, similiter que ventura vaticinantur, frustrabuntur. Refer *Priora* non ad res, sed ad oracula: que quidem in examen adducta, omnino inventa sunt falsa: sed ad oracula: que vana erunt pronuntiata ventura; utpote à libera voluntate, quam penitus nesciunt, ac arbitrio pendencia. Notio vera prophetia est eventus infallibilis, falsa castus. *Hoc habebis signum; quod in nomine Domini* (dicitur Deuter. 18.22.) *propheeta ille predixerit, & non venerit; hoc Dominus non est locutus; sed per tumorem animi sui propheta confinxit*. Sic e contra, quia de verbis Samuclis nullum irritum, imò.

1. Reg. 9. 6.

Cap. 3. 19.

20.

Omne sine ambiguitate venit, nec in terram cecidit, nec frustratum evanuit; cognovit universus Israél, quod fidelis (verax, cuius verba fide digna) Samuel propheta esset Domini. Mens enim Domini comprehendit omnia, vocatque que non sunt, tanquam ea que sunt, & illi sunt presentia que futura & que praterita, prægnoſcenti infallibiliter quid factura, vel non factura volantas Angelica vel humana, his vel his positis, vel non positis.

27 Demones, cum divinatío sit illicium curiositatis hominum; ut illos intricatas convolverent, in technas ducerent, & irrevocabiliter seducerent; verba pendala proferebant. Etsi illis acris cognitio, veloxque perspicacia cum scientia presentium patecium, & prateritorum; tamen in his que pendent à libero voluntatis arbitrio, hæſitant & plerunquè allucinantur. Hinc ne inveniatur fallaces, qui semper futuri dent hominum deceptionibus ex testimonio fallitatis haud constat fallitas Numinis, perplexa consiciunt oracula. Cecidit Virg. 6. *Æneid.* v. 98.

Virgil.

Cicer.

Oracula de
monum in
expositione
egregia ora-
culi.
Plutarch.

Lucan.

*Talibus ex adyto dictis Cumæo Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit
Obscuris vera involvens: ea fræna furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.*
Quapropter Cicero etiam superstitiosus, 2. de *Divination.* inquit: *O sancte Apollo, qui ambilicem terrarum centrum obsides, unde superstitiosa primum seva evasit vox; tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen implevit partim falsis, partim casu veris, partim flexilloguis & obscuris; ut interpretegeat interprete, & sors ipsa referenda sit ad sortes*. Idem, oracula in oracula, de quo *Tom. 3. T. 10.* Pro sortibus consultitur oraculum, & de oraculo iterum consulendum. *Inde adijt iterum obscurabundus Deum*: inquit Plutarch. de *Pythia oracul.* & de *Diſſion.* *Et*, subdit: *Complura, que apud hunc Deum conspiciuntur, involuta videntur gryphis esse, ac rationem posere*. Propterea presentientes hominem sagacem emanctæ naris, tacebant demones: quo percussus Lucan. ubi *sup. v. 198.* inquit, nescio, an iocose:
*Custodes tripodes fatorum, arcanaque mundi;
Tuque potens veri Paan, nullumque futuri
A Superis celate diem; suprema ruentis
Imperij, casusque ducti, & funera regum
Etsi tot in Hesperio collapsas sanguine gentes;
Cur aperire times?*

Fu

Fuco, ambage & obscuritate fortassis apud Antiquos opus fuit: subdit Plutarch. ar qua Plutarch. re? *Ut id & tyranni ignorarent, & hostes non presentirent*. Sic promit in prafato libell. de *Oracul. Pyth.* exculationem demomon; cui insultat Lucanus, v. 111.

Non ullo secula dono

*Nostra caret maiore Deum, quam Delphica sedes
Quod fluit, postquam reges timuere futura,
Et supero vetuere loqui.*

Lucan.

28 Oracula ergo obliqua, flexillogua, non ut promerent, quam querebant homines, latentem profundam scientiam; sed ut occulerent ingenitam ignorantiam. *Oraculorum nonnulla (ait Basilius Seleuciens. de Idolol.) fabula, atque commenta & lepidi quidam lus ipsorummet scriptorum sunt; qui demomonibus effcientiam virtutemque aliquam & prænotionem astruere conantur: quadam vero aliquid quidem verisimilitudinis habentia, & sepius cæta; sed multiplici varietate & ambiguitate plensima: ita ut qui illa consulissent, incipiti semper cogitatione distracti fuerint, incerti qua ratione responsi illi uterentur; aut qui usi sunt, funditis cum illis ipsis suis oraculis & vaticinationibus perderentur: cum omnis ista præditionum ambitiosa contentio verborum involuerit & gryphis quibusdam contineatur: nam propterea quare quod non rectè in veritatis scopum collimarent, neque qua ratione de futuris certi aliquid enunciare possent, haberent; recidit quacunque insanientes illi oracula fundebant: cæca erant, tortuosa, titubantia, quæque ad infinita diverticula declinarent. Quo rerum tractu infelices successus, non tam demomonibus, huiusmodi oracula edentibus, quam ipsi hominibus, non bene videlicet ea intelligentibus adscriberentur. Hic est Spiritus vertiginis, quem miscuit Dominus in Ægypto propter eius innumeratas superſitiones: igitur illius oracula fallacia, subdola, simulationis artificio fucata, atque caligine obscurissimè plena, uti videbimus; de quo anxius quæritur Oedipus apud Senecam, v. 206.*

*Horrorè quator, fata quò vergant timens;
Trepidumque gemino pectus eventus labas,
Ubi lata æuris mista in ambiguo iacent;
Incertus animus scire cum cupias, timet.
Responsa ævia forte perplexa latent.
Dubiam salutem qui dat afflicti, negat.
Ambage nexa à Delphico mos est Deo,
Arcana tegere.*

Senec.

Sanè: huiusmodi divinatío prompta videtur ab oraculis, ut duntaxat divinarent homines: sed dum anxie interpretari vellent, caput impingerent.

29 Hinc Pacuvius in *Peribœa*, dixit: *Flexa, non falsa autumare disti Delphis solet*: quippe aprabantur cuilibet eventui, utpote æquivoca. Describit Claudian. lib. 2. in *Rufin.* a. v. 331.

*Hæc requiem rebus, sinemque laboris
Allatura dies. Omni iam plebe redibis
Altior, & lati manibus portare vulgi.
Hæc canit ambages: occulto fallitur ille
Omne: nec capitis fixi præſagia sensit.*

Claudian.

Pausanias mira dicit usquequaque; ex illo ergo & alijs, aliqua oracula propter curiosos legi. Ab oraculo sciverat Cræsus Lydia rex:

Oraculum
Cræso da-
tum, &
aijs.

Cræsus Halym superans magnam subvertet opum vim.
Sensum verborum non intellexit, quia amphibologica & Halym transfgressus subvertit regnum & opes, victus & captus à Cyro Perfarum Rege, de quo triumphum potiùs quam interitum cogitavit: equidem etsi præſciret Regnum Lydotum iri extinctum, quàm perſiæ Mulus regnaret: haud cognovit Cyrum mulum dictum, quia ex parte Perſa, & matre Meda progenitus. Basilius Seleuciens. ubi *supr.* Herodot. lib. 1. & Balenger. de *Oracul. & vatic.* lib. 1. cap. 1. & 6. Item Pyrrho Epirotarum Regi à Pythia dictum:

Cur Cyrus
dictus ma-
lus.

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

Et victus est à Romanis, uti in eius vit. refert Plutarch. quia intellexisset oraculum; quoniam post eventum construxit æquivocum accutativum. Monuit Philippum Amynthæ cavere à quadrigis, quas omnes à regno amovit, & interfectus est gladio, qui qua-

Oracula
amphibolo-
gica.

tri-

Plutarch. drigam in capulo calatam habebat. Valer. Maxim. *lib. 1. cap. 8.* Plutarch. in *Alexandr.* & Cicer. de *Fato.* Cambysi prædictum, ut fugeret Ecbaçtana, quæ intellexit Mediz, & à se fortuito vulneratus, occubuit Ecbaçtanis Syria. Herodot. *lib. 3.* Pelagus cavendum Epaminondæ prædictum. Abstulit navigatione, fugit mare, sed vulnus in pelago lethale non fugit, in loco cui nomen *Pelagus* iuxta Mantineam. Pausan. *cap. 246.* & Valer. Maxim. quò dadum. Idem Annibali dictum de Lybissa, quam Africa intellexit & veneno sublatus in Libyssa Prusiz. Pausan. *ibid.* & Bulenger. quò nuper *cap. 6.* Decepti etiam Athenienses, dum magnam cladem Sicilia perpessi, de victoria securi; quia ab oraculo Dodoneo acceperunt, *Siciliam ducendam, ac deducendam coloniam*: loquente demone de magno tumulo, qui non longe ab Athenis aberat, cui Sicilia nomen. Pausan. *ibid.* Lacedæmonijs consulentibus de belli exitu, quò gerebant adversus Tegeates, responsum à Phæbo: *Funiculo agros Tegeatam metiemini.* Exeuntes ergo Lacones cum funiculis & peticis, ut agros sibi dividerent; victi à Tegeatibus, coacti sunt arare agros, & funiculis in opus metiri. Bulenger. quo supra. Amilicari obsidenti Syracusas, & propugnante Agatocle, enuntiatur ab oraculo: *Postridiè Syracusis cœnaturum.* Quod quidem ita contigit: quippe captus, inductus in civitatem, ibi cœnavit, quò nollet. Diodor. Sicul. *lib. 20. cap. 3.* Haud ab simile oraculum promptum Dionysio priori Sicilia tyranno: scilicet, *tunc fato funeturum cum potere-tur victoria.* Ille fatuus nonnuquam in pugna cedebat hostibus: & vino sepultus obiit, dum convivio celebrabat, victorem fuisse Athenis declaratum inter infones tragedos in Bacchanalibus. Idem *lib. 15. cap. 15.* Ita Phœbas cuidam Lysandro dixit, *Terrigenumque, dolo sequitur qui terga, draconem.*

Interfectusque est ille ab Inachione, cuius clypeus anguem habebat insignè. Plutarch. de *Pythia oracul.* Eisdem amphibologijs deceptus est Alexander Rex Epiri, qui interfectus ad Pandosiam in Brutijs; dum ille intellexit ex oraculo fatale, quò crax in Thresprotis. Iustin. *lib. 12.* & Alex. ab Alexandr. *lib. 6. cap. 2.* Ezechylus quoque, qui fugiens cuncta tecta, quoniam præsererat oraculo summum periculum ex ictu desuper; elasa aquila supernè volans nitore calvitij, testudinem maritimam ut allideret, demisit in caput, quo ictu Poëtæ crepuit cerebrum. Valer. Maxim. *lib. 9. cap. 12.* Nero oraculo Delphico, ex deliro factus est furiosus: igitur iustus, ut annum septuagesimum tertium caveret; quousque acclamatus est Imperator Sergius Galba, qui præfatum ætatis annum agebat: haud intellexit vaticinium. Sueton. *cap. 40.* Iacuit Ap-pius in Cela Eubœa, cum aliter, quàm contigit, intellexit vaticinium Phœbadis dicentis: *Eubœa Celam obtinebis*: ut refert Valer. Maxim. *lib. 1. cap. 8.* & apud Lucan. ubi *supr. v. 194.*

*Effugis ingentes, tanti discriminis experta;
Bellorum Romane minas: solusque quietem
Euboici vastæ lateris convalle tenebis,
Cætera suppressit.*

Lucan. Ille per *Quietem* haud intellexit mortem, quam obiit in Attica in loco; cui nomen Cela-Eubœa.

30 Quæ olim in simulacris, vel per sacrificulos faciebant demones; post Christi adventum exercent per striges ac magas, queis homines magnopere fidem præbent alio quo commodo vel incommodo percussit. Sic ille cui à benefica dictum: *Eia age, coronaberis*: fideque non caruit: igitur perduellio & seditiosus in medio foro coronatus fer-ro candenti. Hæstor Boëtius *lib. 6. cap. 2.* Sigthunio Regi Sueriz prædictum ut ab auro sibi caveret, quippe ferro violari nequibat. Sic ille intrepidus irruerat in hostes, incurrensque in Granum generum suum, Danorum Regem, allisus est ab hoc gravi clavâ, cuius concavum pro plumbo repleverat auro, ut ponderosior fieret. Ioann. Magn. *lib. 2. cap. 6.* Celebre vaticinium Scororum Rex Machabæus à quadam femina fatidica accepit: scilicet, nullius nati ex muliere manu casturum; priusque arbores è luco Birnen in arcem Donosinam transferendas fore, quam posset interfici: Utrumque accidit: siquidem pridie quàm caderetur à Magdullo (qui ex muliere non natus, quoniam exciso ventre genitricis in lucem eductus) singuli ex eius exercitu milites acceperunt ad præfatam arcem cum ramis evulsis è silva Birnen. Cardan. de *Rerum varietat.* *lib. 16. cap. 93.* Hic videtur factum, quod factum de Hercule, qui percepit efficax vaticinium, cum videret lethum proximum. Fatum ita apud Sophocl. in *Trachin.* à *v. 1180.* & Senec. in *Octav.* *v. 1474.*

Nullius occisum manu iri.
A viventium nullo moriturum: victor
Qui Plutonis corruptus habitator est.
Viventem me interficiet mortuus.
Dextra perempti victor Alcide viri
Olim tacebit.

Sic iacuit sanie Hydræ, præsentissimo veneno, quò imbutum indasium, consilio Nefsi Centauri. Huiusmodi ambiguitate mortui sunt Fredericus II. cui præceptum, quò agrum florentinum declinaret; & Ezelinus; cui Cassanum: uterque ubi vaticinatum, mortui sunt; verum similitudine nominum, minimè ubi cogitantur. Vide Maiolum *Tom. 2. Collog. 2.* Notatur sanè dignum oraculum Philippo Amynthæ expressum, consule lenti de expeditione in Asiam.

Serta gerit taurus, sinem manent, adbat aruspex.
Ita Rex deceptus: cum intelligeret de Rege Perfarum, in eius familiam tota procella detonuit. Philippo precepto (ait Pausan. *cap. 242.*) *parvulum eius filium, quem ille ex Cleopatra suscepit, una cum matre in æneo vase (bos dicto) ignibus circumdati cruciatum, Olympias excucit.*

31 Siccine his superstitionibus additi, curiositatis vanæ penas luebant: demoneque truculenti uti stultis imperabant stultissima, filiorum scilicet sacrificia, victimæque nefandas. Si aderant, qui illorum calliditatem intelligerent, præferbant quæ vel puer diceret; ut illud bis diversis consultoribus dictum, quasi defecissent mendacia: *Utere sorte tua: fatum bos nunc, nunc agit illor.*

Vide Pausan. *cap. 123.* & 136. Dæmon simia Dei, cavebat cognosci simia, & ubi præfagebat comprehensum fore, vel tacebat, vel ita exili sono oracula dabat, quò non audirentur sortes, ut observant Cicero de *Divinat.* *lib. 2.* & Esseb. *lib. 6.* de *Preparatione Evang.* *cap. 10.* Tandem si animus cognoscebatur, resilliebat ab his, quæ sensum, gradatim quasi attrahens, dixerat. Floride refert Ovidius, 3. *Fastor.* à *v. 321.* Numa à Iove oraculum accipiente.

*Annuat oranti, sed verum ambagè remotâ
Abdidit, & dubio terruit ore virum.
Cæde caput dixit: cui rex Parabimus, inquit;
Cedenda est hortis eruta cæpa meis.
Addidit hic, Hominis. Sumes, ait ille, capillos;
Postulat hic animam: cui Numa, Piscis, ait.
Risit, & bis, inquit, facito mea tela procures,
O vir colloquio non abigende Deum.*

Ingenio & arte, dum ille risit, Numa derisit, & oracula interpretans delusit. Hinc deæ mon quasi cavens verba non promebat, sed premebat.

32 Quævis ab oraculis multa edita, plura ab hominibus ficta *Agenti in Gallia Diocletiano* (ait Cæsar. Rhodigin. *lib. 25. cap. 26.*) dicebat *Dryas*: *Nimium Diocletiane avarus, nimium parvus est. Cui per locum is: Tunc ero largus, quum Imperator fuero. At Dryas: Noli Diocletiane iocari, nam Imperator eris, quum aprum occideris. Ex eo venationibus deditus, apros fortè oblatos enixius occidebat, dicti eventum expectans: quo est frustratus, donec præfectam Pratorij Apram peremit. Illa fuerunt auctaria capitis huius. Idem Pompon. Latus in Diocletian. Aliquando, sepeque homines intra simulachra inlasi (qua de causa retrorsum fabricabantur opera, & oreque patulo, ut observat Alapid. in *Isai.* 8. 19. quò quidem non necessarium in diabolica efformatione vocum) responsa, quasi oracula præferbant iuxta placitum & lubitum consulentis, maxime si accedebant Reges, aut Duces victores. Phœbas Philomelo consulenti Delphis respondit: *Tibi quidem quodlibet permittitur.* Diodor. Sicul. *lib. 16. cap. 9.* Alexandro expeditionem in Perfas meditantem, vel invita, quin Appollinæ consulere, dixit: *Invidus es ò fili.* Plutarch. in *Alexandr.* & amicis de exitu dubitantibus, ut refert Maiolus, quò sup.*

*Supremumque Iovem, Dicam simul atque Mineram,
Corpore mortali velatum extollite regem,
Quem pater ille Deum præstantum stirpe parentum
Sovit, Alexandrum custodem iuris in orbe.*

His ludicris arroganter elatus filius Iovis salutaris iussit, forâ phantasia adulantium suarum.

Tom. 1. Ddd

Sophocl

Seneca

Maiol

Pausan

Idem

Artes deæ monum in oraculis.

Orid

Sepe ab his minoribus st. a oracula.

Diod. Sic.

Plutarch.

Maiol.

te.

usque oleaster in medio fori peperisset arma: quod patrit trunco oleastri, in cuius vacuitate arma condita, usto in foro. Maiolus quò fuerit. Idem astruit stratagemata ad occupandam Rhodum, quod impossibile ex oraculo, ni prius in crateribus pisces natarent, & insula viderentur albi corvi. Similiter illud vaticinium Teucro Cretensti promptum ab Apolline, scilicet, *Nalliam posse fixum habere solum, ni prius cum socijs deloricaretur à muribus.* Contigit, illo ad Ilium accedente, quòd mures feutorum lora, & arcuum nervos cortoderent. Omitto alia, ne fastidiosus sim: tantumque obijciam, quod refert Sueton. in *Cesar. cap. 81. In monumento, in quod dicebatur Capijs, Conditor Capue, sepultus; inventa est tabula aenea conscripta literis, & verbisque Graecis hac sententia: Quandoque ossa Capijs detecta essent: fore ut Iulo prognatus manu consanguinorum necaretur, magnisque mox Italia cladibus vindicaretur. Nihil ex his credendum, quoniam post eventum rerum ab hominibus excogitata, & in vulgus dispalarunt ut vera, à stolidis deglutita, auctore de stupore plebis gloriabundo, atque gliscente mendacio.*

36 Insuper homini futura cognoscendi aviditas, & inter vitia maximum, curiositas. Unde non solum retendit in notitiam futurorum, sed etiam impossibilium. Audi Natal. Comit. lib. 4. *Mytholog. cap. 10. Fama est (ait) Democritum non solum solita aeguria intellexisse; sed etiam certo nomine aves quasdam nominare solitum, & quarum sanguine commisso solo anguis nasceretur: ex quo siquis edisset, avium omnium intelligeret idioma: atque Melampo memorant, se vidisse angues quosdam aures habentes; quare ipse postea sermones avium dicitur intellexisse. Fama est Apollonium Thyaneum avium omnium voces intelligere solitum. Sumpsit, ni fallor, ex Plinio lib. 10. cap. 49. ubi: Qui credit ista, & Melampodi profectò aures lambendo, dedisse intellectum avium sermonis dracones, augures non abnueat: vel qua Democritus tradidit, nominando aves, quarum confuso sanguine serpens gignatur, quem quisquis ediderit, intellecturus sit alitum colloquia. Si Plinius ambigit, quis concedet? Virgil. 3. *Aeneid. v. 359.**

Troiana interpres Divum, qui Numina Phabi, Qui tripodas, Claris lauros, qui sidera sentis Et volucrum linguas, & praeptis omnia penna.

Idem iterat lib. 10. à v. 177. Ovid. 1. *Trist. Eleg. 8. v. 50. & Orpheus in Argonaut. quo errore Euripid. in Iphigen. Tauric. v. 712. accinit: Vocem quam sapientes intelligunt. Quam sapienter, dixit Pacuvius in Chryse, de quo Tautolog. 10. num. 43.*

Nam istis, qui linguam aviam intelligunt, Magis audiendum, quam auscultandum censeo.

Aptius: *Magis deridendum:* equidem ut novum mirabatur Cato, aruspicum aurespiciem videntem non ridentes cum ipsi vanitatem ludicram portentorum & fingerent, & traderent, & simul audientes crederent. Vide quae diximus, *Tom. 3. T. 3. D. 3. n. 8. & Tom. 4. T. 3. n. 17. & 18.*

37 Hebraei in futurorum praescientiam propensi, nullum lapidem immotum relinquerebant, quo prolapsi in superstitionum voraginem, maxime cum Propheta non essent, qua de causa Iosias sepelivit Urim & Thumim, illique fecerunt Theraphim, ut diximus loc. ult. cit. num. 15. & 16. Huiusmodi idola consulebant, quasi erubescerent nescire, auditis à Gentibus tot miraculis, nimirum loqui statuas, & volucres, ventura praedici, aliaque ludicra, ne ludicra cognoscenda, si abesse à cordibus perfidia: siquidem dicere quibant: *Non est alia natio tam grandis, qua habeat Deos, apud propinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Deuter. 4. 7. At illi ab oraculis simulacrorum non querebant consilium, sed quod astrueret & firmaret illorum pravum propositum, facultatemque vivendi ad libitum; ita ut praescripta legis tantum cogere ad praescripta corruptae voluntatis. Hebraeos urget Dominus, ut pro idolis respondeant, & partes illorum agant. Dicant: at quid dicent? Quae in causis necessario contenta? Sunt necessaria. Obliqua? Palam patet ignorantia. Amphibologica? Latet in fraudem versutia. Futura? Sanè vobis, sed iam facta, & ut ventura facta. Quid igitur praecedent? Cuncta falsa, sicut sunt Numina in aëra loquentia. *Ego Dominus & non alius. Non in abscondito locutus sum (uti oracula Gentium) in loco terra tenebroso. Annunciate & venite & consiliamini simul. Quis auditum fecit*

Isa. 4. 3. 8. hoc ab initio? Ex tunc praedixi illud. Isa. 45. à v. 18. Tantum mei praescientia & praesentia, ac ex contingentibus futurorum cognitio. Gloriam meam alteri non dabo, &

Hebraei propensi in idola, maxime loquacia.

(pro Nec) laudem meam sculptilibus. Quae prima fuerant, ecce venerunt: nova quoque ego annuncio: antequam orientur audita vobis factam. Ibid. cap. 42. 8. 9. Confirmavit eventus quaecumque à me praedicta: praedicta ab idolis cuncta falsa: si adhuc ambigitis, Accedant, & nuncient nobis quaecumque ventura sunt, priora qua fuerunt, &c. Vcl ipsi demones ita esse apud Ethnicos clamabant.

Iupiter est & erit, fuit idem Iupiter ante
Fuit oraculum Delphicum, quod videris cum alijs lectione dignis apud Maiolum. *Tom. 2. Collog. 2. & Leonard. Marium, Prolegom. in Script. quæst. 1. scct. 3. Quantum desipit Plutarchus, signans causas defectus Oraculorum! Delphicum dixit: equidem interroganti Pythium Augusto Casari de successore futuro orbis terrarum post se; respondit invitus:*

Me puer Hebraeus iubet hinc rex ille Deorum, Tartarcas remeare domos, hac ade relicta: Post ergo ora tenens, altaria nostra relinquas.

Maiol. ubi dudum, *Collog. 1. & Bullenger. de Oracul. & vatic. lib. 1. cap. 6. qui ibid. Iuliano Apostata, insigni mago Apollinem dixisse, refert:*

Humi cecidit elegans aula, Phabus non amplius habet tugurium, Non laurum diovnatricem, Non fontem loquacem: Extincta est aqua garrulla.

Idem refert Minutius in *Ostæo. & Symmach. lib. 4. Epist. 33. Non vides (inquit) oracula, olim locuta desisse; nec ullas in antro Cumano literas legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de spiraculis Delphicis ullum carmen audiri? Orto iustitia Sole, fugerunt tenebrae. In die illa disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & pseudopphetas, & spiritum immundum. Altruit etiam lib. de Incarnat. Athanasius: Unde ubique gentium oracula deserunt, & evanuerunt; nisi quia seipsum in terra manifestum se fecit? Retorqueamus Virgilium potiori intuitu, quippe ipse in blandimen Casaris retorci Sybillum de Christo oraculum, *Ecol. 4. à v. 5. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Tunc modò nascente puero, quo ferrea primùm Desinet, in toto surgens gens aurea mundo.**

Vide Lactantium Firmian. *lib. 5. cap. 7.*
38 Sicut Deus Numen cognoscitur, eò quòd praedicit futura & contingentias sic Vates cognoscuntur Numinis, si eventus confirmet, quicquid affati à Numine praenuntiantur. Unde de Isaia Siracides: *Offendit futura & abscondita, antequam evenirent:* igitur si fixum in origine, ac fonte, idem in scaturigine: pateatque per eventum, Dominum esse locutum per os sanctorum; in quibus lumen intellectuale, supernaturale, plenissimum, mens etiam elevata ad caelestium perceptionem revelationum. Vel profanis non ambigunt. Virgil. 3. *Aeneid. v. 250.*

Mea figite dicta, Qua Phæbo Pater omnipotens, mihi Phæbus Apollo Praedixit.

Sed agendum de Tautologia, ut simul superiores exponamus. Cur, dices, & quorsum in auctoritate, *Antequam evenirent;* si necessarium, dum ostendebat *Futura & Sæpe* lectorum oculis obijcimus usum Scripturae, in qua pro certitudine exhibitorum, idem iteratur per alia atque alia; velut in praesenti testimonio *Futura & abscondita:* etenim omnino hominibus absconditum, quod futurum. Sic ad illud Iacobi, filios congregantis, ut nunciaret illis *ventura in diebus novissimis;* Targum Ierofolym. legit: *Indicabo secretum arcanorum abstrusorum.* Rabb. Ionath. *Secreta occulta, & fines reconditor.* Exergasice ergo geminantur voces; ut altius fideat sententia, aliquid non vulgare preferentis: quo intuitu hic ad *Futura* additur per exergasiam *Antequam evenirent;* & etiam ut conter excellentia praedictis: etenim mirum, quòd quae futura, ostenderet quasi praesentia; & essent coram oculis, quae menti abscondita. Ideo emphasis est in *Offendere & futura.* Futura praedictur, non ostenduntur. Ostenduntur praesentia, ab oculis non abscondita: praesentiaque singularis claret Vatis, ex eò quòd futura diceret, quasi haberet coram oculis corporis.

39 Si velis aliter interpretari; *Abscondita & futura* iunge, in commendationem

Orto Chra flo evanuerunt oracula demones

Symmachii

Zach. 13. 24

Athanae

Virgilii

Eccle. 48. 1 28

Virgilii

Genes. 49. 8

Exergasiam in Script.

sciem sacri Prophetae. Sunt futura multa, quae abscondita non sunt, quippe necessaria. Haec praedicere, non magni ducendum: praedicere futurum absconditum, sane magnum; nimirum fore, quod potest esse, & potest non esse, dependens a libera voluntate. Unde dignitas, honorque Vatis maximus; quia non tantum praedixit, sed & ostendit sine dubio infalibiliter futurum, & futurum ita & non aliter; quod quia contingens, nec ita quibat esse, nec futurum. Siccine exponemus singulariter, sed genuine, obivium Davidis testimonium. *Incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi*: dicit Domino. Aptissime cuncta, ut facer luceat Propheta. *Incerta* dicuntur vaticinata, estis infallibilia; quoniam contingentia: *Occulta*, quia ex se occultum; ac sigillatum; an contingens sit futurum. *Sapientiae Dei*, quoniam ad Dei sapientiam attinet cognoscere futurum contingens, a voluntate creaturae dependens: & ita contingens futurum cognoscit, ut praedicere possit, si velit: siquidem illi non est futurum contingens, sed omnino praefens; quod futurum & celeratum, quia eius cognitio ultra facultatem hominum. Deus cuncta intellectu penetrat: Propheta pariter, quum Deus illuminat: Prophetaque cognoscitur Pfates Regius; quia Deus qui diligit veritatem, manifestavit illi occulta intellectui humano, vivacitatiq; mentis, & etiam incerta rationalis voluntatis, quae quidem omnino spectant ad Dei vigilem sapientiam. Propheta, ut diximus supra, & est cum divine inspiratur ad cognitionem Prophetae, & est in cognita divina inspirationis enunciatione. Propterea Isaias, propheta non tam fuit (est) necessarium ad enunciationem lumen) ab eo quod incerta & occulta cognovit quam quod praedicens incerta & occulta ostendit: siquidem per incerta occulta ab illo ostensa, claruit, quod illuminatus inspiratione divina.

Pfalm. 90. 8
Unde infertur
proprietat

Isaias propheta
incoltu

Ital. 41. 22
25

Exergasia

Gen. 49. 1

Geminatio
aliquando
est expositio.

Maluend.
Hebr.

1. Reg. 2. 3

Nat. Com.

40 Quod additur, exergasia est: tanque exponitur per particulas exegeticas, v.g. *Nimirum, id est, Videlicet, &c.* quidquid geminatur. *Ostendit futura & abscondita*, nimirum, quae ventura. Eodem sensu, cap. 41. 22. *Priora (id est) quae fuerunt ante* Exergasia nos. v. 23. *Annunciate quae ventura sunt* (scilicet) in futurum. Idem Genes. 49. 1. *Ut a nunciam quae ventura sunt vobis* (hoc est) in diebus novissimis. Perf. *Notum faciam vobis quodquod supervenerit vobis in fine temporum.* Est profecto vulgaris idiotismus in Biblijs. Sapient. 11. 2. *Per deserta* (id est) quae non habitantur. Baruch. 3. 26. *Gigantes* (hoc est) *statura magna*. Rom. 8. 21. *Creatura liberabitur a servitute corruptionis* (nimirum) *in libertatem gloriae.* Etiam est Hellenismus. Euripid. in Ion. v. 280. *Infans* (videlicet) *recens nata*. Homer. 22. *Odyss. v. 69. Secundum, rursus*. 20. *Iliad. v. 169. Velociter, pedibus celer.* Sophocl. in Trachin. v. 1058. *Sic intuear lapsam. Sic ita sic.* Placuit stylus Latinis. Plaut. in Casin. Act. 4. scen. 4. v. 3. *Vincas virum, victrixque sis.* In Persa, Act. 5. scen. 1. v. 1. *Hofibus vicis, vicibus satis, ve placida, pacibus perfectis.* Virgil. 3. *Aeneid. v. 339. Superatne, & vesitur aura?* Ovid. 10. *Metam. fab. 9. Mors placet, laqueoque innectere fauces.* Calpurn. *Ecl. 1. v. 53. Inmergent que caput tenebris, lucemque timebunt.* Horat. 1. *Carm. Od. 22. v. 1. Integer vita, scelerisque parvus.* Martial. lib. 11. *Epigr. 7. Licet, nec vetamur.* Propert. lib. 2. *Eleg. 1. v. 13. Nuda, erepto amictu.* Mantuan. *Ecl. 7. v. 112. Transit in effugium monstri: dum volvere linguam, atque loqui tentat, mugit, &c.* Senec. *Epist. 100. Humilia omnia, & parvum erecta.* Halicarnas. denique, 11. *Antiq. Rom. cap. 20. Nubilis puella, viroque matura.* His testimonijs astruitur stylus Biblicus, quo exprimitur per particulam exergaticam, vel per secundam sententiam, aliquid attentione dignissimum. Idem ad maiorem sententiae inculcationem: ait Maluend. in loc. *Genes. cit. & nos firmavimus, num. 3. Unde Hebr. Praemonstravit futura, & occulta arcana abscondita, antequam fierent ea.* Quo vides eadem pluribus vocibus geminata. Unde futura & priora idem sunt, ac quae fuerunt & erunt: dicunturque *Priora*, quae fuerunt, & futura quae erunt, vel antequam evenirent, in maiorem expressionem cognitionis Prophetae, vel praescientiae Dei, cui preparantur ipse cogitationes: sicque respicerent Israeilitae a stulticia consulendi idola, cum solum Deus priora & futura noverit, & cui revelare voluerit. Merito Anna dixit illis: *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Recedant vetera de ore vestro; quia Deus scientiarum Dominus est.*

41 Vidimus supra cum enunciatione futurorum coniungi praescientiam, praedictionem, vel praenotionem. Sic Natal. Comes lib. 6. cir. cap. 12. subdit: *Cum loquerentur statua, & ventura praedicerent.* Ni in maiorem fieret sententiae declarationem, supervacaneum videretur ly *Ventura*, si iam expressa praedictio; quae quidem

vox signat vaticinium, & praenunciationem futurorum. Qua de causa quod additur est expositivum, seu exegeticum: pateatque, quippe eadem alibi sine Pleonasmio simpliciter profertur. Isai. 41. 22. *Nuncient nobis, quae futura sunt.* Cap. 42. 9. *Novae, antequam orientur.* Icirco dum Tautologia efformatur sequenti voce, aut periodo, est confirmatio sententiae prioris: sensusque exponitur subintellecta particula exegetica. *Ostendit futura*: id est, quae ventura erant. Ex eo quod de Isaias hic non dicitur *Pradixit*, sed *Ostendit*, liquet, quam clare futura mysteria praedixit. Ita manifeste ostendit, ut magis videatur Evangelista, quam Propheta. Vide in quibus summam apud Alapid. hic.

Quae firmatur prius sententia.

Cur Isaias dicatur Evangelista

Quae prius & post, quae tunc, & quae saecula futura, Splendida sunt radijs irradiata suis.

42 Manent pro viribus cuncta exposita. Versiones variae sunt. *Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.* Caetera. *Indicavitque ei Samuel omnia verba, & non abscondit ab eo.* Maluend. *Annunciavit ei Samuel omnia verba, & non abscondit de ab eo.* Ergo enuncietur aliqua, quin abscondamus bona ad bonos mores.

Varietas lect.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Indicavit, &c.* Cuncta indicavit, ex quibus nihil abscondit. Quorsum haecina? Ut constet virtutum claritas, & claritatis summitas. Indicatur quam grata Deo erga inimicos dilectio, sed dilectionis huius absconditur magnitudo. Virtus est amare: magnitudo, cognoscendo nescire: Christifque dum dilectionem universam indicaret, nihil in dictis abscondit; quippe non solum virtutem, sed virtutis indicavit perfectionem: equidem ita dilexit, ut neque iniurias, neque inimicos cognosceret.
2. *Indicavit, &c.* Si indicatum universum, nunquid aliquid absconditum? Utique, in Christi passione. Hac mors mortua, sed vita abscondebat in poena: Christifque qui universa per passionem indicavit, gloriam occultam hominibus non abscondit; quippequam illo surgente, homo qui confors vitae, fuit etiam gloriae.
3. *Indicavit & non abscondit.* Qui penitens crimina confitetur, abscondit, quaque indicavit. Latet sane quicquid dicit: igitur abscondit in animae sanitate, quicquid loquitur per iudicem.
4. *Indicavit & non abscondit.* Confessione vulnus animae deletur, verum sine penitentia cicatrix quasi signum in compunctionem relinquitur: diciturque de Samuele, universa indicasse, & nequicquam abscondisse; ut virtus insignis claresceret penitentiae: quandoquidem ita per illam absconditur universum; ut peccati de quo dolor, nec cicatrix, nec velligium.
5. *Indicavit, & non abscondit.* Quomodo si dicere timuit, ex dictis modo nihil abscondit? Si ex veritate, indignationis periculum; dicendum & non dicendum. Dicendum, quasi loquens universos sermones abscondat: tacendum quasi nihil non ostendat: verum si ex occasione nullum periculum; quicquid latet in pectore pro veritate aperendum.
6. *Universos sermones indicavit, & non abscondit.* Cogitavit Scholastica industria, quomodo aliquid absconderet, postquam fratri Benedicto universos sermones indicasset: igitur exegit latenter a validiore miraculum, cum non invenisset vel in fratre misterium.

DIDASCALIA PRIMA.

Dilectio perfecta inimicorum usus sine usu rationalium potentiarum.

Beneficio ex diametro contraria apparet iniuria, teste Seneca, 4. de Benef. cap. 15. At magni animi est, accepta iniuria rependere per contraria: maiestatem enim astruit, currenti caecae in opprobrium, insperatum occur-

Gratia fratris
igitur ira.